

elaboratas non solummodo ailibet generi, sed in ipse  
ipfi quoque speciei appropitas, quibus non tantum re-  
rum externa facies graphice exhibetur, sed quandoque  
interna etiam structura ad amussim representa-  
tur, quae B. L. uti spero, in sua indagatione non  
parum adiuuabunt. Sed simul quoque in pluribus  
opinionibus confirmabunt, quas licet quandoque haud  
parum ancipites proponere non dubitavi. Interim  
his meis meditationibus etiam si tenuibus, et valde exi-  
guis, quibus senium meum alias triste fastidio-  
sum, et languidum aliquo modo demulcere, et refocil-  
lare studii, B. L. sibi etiam delectare, aut recrea-  
re non gravebitur, praesertim si quidquam contineant,  
quod ad maiorem Dei gloriam aliquid conferre, aut  
Reipublicam literariam in studio naturali adiuva-  
re videretur. Quibus B. L. bene valeat, ac fe-  
licissime vivat.

Judez